

facere posse, præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Ecclesiis, & Locis Pius relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis secundum morem cuiuscumque Civitatis, vel Provinciæ, intelligantque, si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se huius prætermitti muneris rationem esse reddituros.

7. *Ne familia Religiosorum excedat redditus Cœnobiorum, nec in posterum augeatur sine licentia Congreg. Conc.*
 §.9. Postremo Illustrissimi Patres non sine gravi animi dolore intelligentes, mala fere omnia, quæ Regularem disciplinam evertunt, ac præcipue nimiam hanc facilitatem fovent, in oneribus Misarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex majori Regularium numero, quam ferant redditus, & eleemosynæ cuiusque Monasterii, inherentes Summorum Pontificum, ac Sacri Concilii Tridentini Decretis, hac de re editis, Sanctissimi Dom. Nost. auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præfidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, ut singuli, ad quos pertinet in qualibet Provincia, adhibitis duorum, aut illius Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatoribus, & rerum usu peritoribus, bona immobilia, census, redditus, & proventus omnes, consuetas item eleemosynas, & obventiones tam communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provinciæ, quam etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seu permissas in communem usum deinceps conferendas, decem annorum immediate præcedentium habita ratione diligenter, & mature recognoscant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliæve cuiuslibet generis onera consueverunt absorbere. Eaque omnia scripta fideliter exarata, idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione generali, vel Provinciali coram tribus Iudicibus ab ipso Capitulo, seu Congregatione deligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obventionibus universis, & oneribus, ut supra detractis sedulo examinent, quot Religiosi homines connumeratis etiam Laicis, aliisque necessariis servientibus in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo Regulari juxta Regionis, & proprii Instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorumdem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis, cuiusque Familiæ Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis in singula quaque Provincia certus earum tantum personarum numerus, Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obventionibus, ut superius sufficienter ali possint. Ne vero Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, suo muneri satisfaciunt, mandat Sacra Congregatio, ut infra annum,

post proximum Caputulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad Sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant. Numerumque Familiæ, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi Regularium, Capituli, seu Congregationis Generalis, vel Provincialis sententia, & auctoritate præfixum, iidem Superiores tam Generales, & Provinciales omnes, quam Locales perpetuo servare omnino teneantur, nec possint illum quoquomodo augere, etiam prætextu augmenti reddituum absque Sacre ipsius Congregationis licentia; Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra, præscriptum, quovis modo augere præsumpserint, vel privationis omnium Officiorum, quæ tunc temporis obtinebant, vocisque activæ, & passivæ, & ad omnia suæ Religionis Officia, & gradus inhabilitatis perpetuam poenam eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus a Sede Apostolica infligendis poenis S. Congregatio subiacere voluit, & declaravit.

8. *Cœnobio erigenda sine capax 12. Religiosorum.*
 §.10. Deinceps vero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requisita, in singulis huiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis detractis omnibus, ut supra, detrahendis, competenter sustentari valeant ad præscriptum Decreti felic. recordationis Gregorii XV. hac de re editi; Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint Ordinarii Loci Visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni subiecta esse intelligantur.

9. *Hec Decreta sexto quoque Mense in publica Missa perlegantur.*
 §.11. Porro, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Superiores Locales cuiusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur, sub poena privationis Officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum, sexto quoque Mense, idest feria secunda post Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi, præsentibus ordinationes in publica Mensa perlegantur.

10. *Clausula.*
 §.12. Omnibus tam Ecclesiasticis personis cuiuscumque sint Ordinis, conditionis, & gradus, quam Laicis quocumque honore, & potestate præditis, præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

11. *Clausula.*
 §.13. Non obstantibus quoad superscripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiam necessario, & in individuo exprimendi Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque tam

tam Secularium, quam Regularium Locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus adverbantur, illis alias in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis suæ auctoritate specialiter, & expresse derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

12. *Dubia Congregationi Conc. proposita circa relecta Decreta.*
 §.14. Et ne præmissorum ignorantia a quoquam præteriri possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præsentibus Ordinationes in Valvis Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in Acie Campi Floræ, ut moris est, affixæ omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

13. *Dubium 1. Super 1. Decreto de reductione Missarum.*
 §.15. Uique earumdem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die 21. Jun. 1625. = Cosmus Cardinalis de Torres. = Prosper Fagnanus S. Congregationis Secretarius.

Excitatis autem super præmissorum Decretorum intelligentia, seu interpretatione infra scriptis dubiis, prodierunt a memorata Congregatione simili auctoritate illi a præfato Urbano Papa VIII. specialiter attributa responsiones, seu declarationes inferius apponendæ.

Super primo Sacre Congregationis Decreto de celebratione Misarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquo modo, reducant onera illa Misarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine foundationis. Quæritur, quid si legatum sit ita tenue, ut non sit, qui velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum infundendum sit pro expensis ad id necessariis? Et quid, si permittatur Episcopo in foundatione, ut possit huiusmodi onera moderari.

Secundo, An super secundo ejusdem Congregationis Decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributa eleemosynæ præscriptæ fuerint. Quæritur, an verba illa (præscripta fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab Offerente, vel ab Ordinario?

Tertio, An cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem Locis, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illas ab Offerente præscriptas celebrare?

Quarto, An Sacerdotes, qui teneantur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Cappellæ, Legati, aut Salarii, possint etiam manuales eleemosynas, pro Missis votivis, aut Defunctorum recipere, & unico Missæ Sacrificio utrique oneri satisfacere?

Quinto, Posito, quod Testator relinquit, ut celebrentur pro ejus Anima centum Missæ, absque ulla præscriptione eleemosynæ. Quæritur, an liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi bene visam præscribere, an vero eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario.

Sexto, Super tertio Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu Orationibus, plurimum Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfaciatur. Quæritur an verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium?

Septimo, Super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat. Quæritur, an permittendum sit Administratores Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem, pro expensis maintenance Ecclesiæ, Altarium, Infirmeriarum, paramentorum, luminum, Vini, Hostiæ, & similibus?

Octavo, An hoc Decretum habeat locum in Beneficiis, quæ conferuntur in titulum, idest, an Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium, ad rationem reddituum Beneficii?

Decimo, An Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita, pro celebratione Missæ, debeant dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt; an satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

Undecimo, Super quinto ejusdem Congregationis Decreto; quo inter cætera statuitur an hæc verba: eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum eidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant; alioquin omnino abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capulas auferant &c. Quæritur, an hoc Decretum prohibeat absolute, quo minus accipiant novas eleemosynas, qui acceptis non satisfecerunt, & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, Quid si offerens eleemosynas, audit impedimento consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primum poterit?

Decimotertio, An poena interdicti, & alia apposite in eodem Decreto affiant tam eos, qui

vati sint, & intelligantur, necnon ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda similiter inhabilitentur, & inhabilitati sint, & intelligantur.

De expositione
relictorum De-
cretorum, &
declarationum.

§.22. Porro, ne ullo unquam tempore omnia, & singula Decreta prædicta in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Rectores, Superiores, seu Capitula Ecclesiarum Secularium illa retineant publice exposita in eorum Sacratio; Superiores vero Locales cujuscumque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, & efficere teneantur sub poena privationis Officiorum, quæ obtinent, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum, sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi omnes, & singula præmissa tum inserta, seu confirmata, tum in præfens factæ Ordinationes una cum dictis declarationibus in publica Mensa perlegantur.

De cura Or-
dinationum
circa execu-
tionem præ-
missorum.

§.23. Meminerint igitur, & satagant Ordinarii, ut a personis, & in Ecclesiis quoquomodo etiam in vim Decretorum Concilii Tridentini sibi subiectis, Missæ ea, qua par est, fide, & diligentia celebrentur, & cuncta, & singula Decreta hujusmodi omnimodæ executioni demandentur, nedum iustitiam recurrentibus, seu instantibus reddentes, sed ex officio tum in visitationibus, tum in aliis actibus, & modis, quos expedire, & convenire toties, quoties judicaverint inquirentes, ne aliquid committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, & singulis Decretis adversetur.

De eadem
cura Superio-
rum Regulari-
um.

§.24. Caveant etiam respective omnes Regulares tum Subditi, tum Superiores quicumque nedum Locales, sed etiam Provinciales, & Generales, ne Missarum celebratio, & omnium Decretorum præmissorum executio, cum perniciæ propriarum animarum, cum præjudicio illarum, quibus Missæ sunt applicandæ, & cum magno Christianorum scandalo quoquomodo omittantur, differantur, negligantur, seu pervertantur, alioquin ultra propriæ conscientie operationem, poenam privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & Officiorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad hujusmodi gradus, & Officia obtinenda prorsus incurrant.

De fide cele-
brationis Mis-
sarum a Superio-
ribus in
Capitulis ex-
hibenda.

§.25. Curent propterea præfati Superiores Regulares in omnes, & singulos contravenientes debitis poenis diligenter, & prompte etiam per inquisitionem animadvertere, & insuper teneantur omnes, & singuli Superiores Locales in Provincialibus Capitulis, seu Congregationibus exhibere attestationem, seu fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monasterii, seu cujuscumque Domus Regularis subscriptam, & juratam, quoad omnibus, & singulis, tum perpetuis, tum manualibus Missarum oneribus, seu obligationibus ad limites, & tenorem præsentium Decretorum tempore eorum regiminis fuerit omnino, & integraliter satisfactum, vel deficiente aliqua modica satisfactione, possit etiam hujusmodi residuali implemento Missarum distincte referendarum intra breve tempus moraliter satisfieri, ea adjecta, & omnino adimplendi conditione, quod ante præfata attestationis exhibitionem quicumque Superiores Locales prædicti vocem activam, seu pas-

sivam in memoratis Capitulis, seu Congregationibus omnino habere non valeant.

§.26. Præterea Provinciales, Vicarii, & Visitatores Provinciarum, seu Congregationum, debebunt in fine eorum Regiminis Superioribus Generalibus in forma probante ostendere, quod executioni præsentium Decretorum sedulo invigilaverint, & ad eorum tenorem in omnibus, & singulis Conventibus, seu Monasteriis, vel Domibus Regularibus Provinciarum, seu Congregationis de omnibus, & singulis oneribus, & obligationibus, ac insimul satisfactionibus Missarum exactam, & diligentem rationem exege- rint, ac contra delinquentes ad declarationem, & executionem respective poenarum in Decretis contentarum processerint, & de adimplimento circa ea, quæ in præmissis ad ipsos spectant legitime docuerint, alias ad vocem activam, & passivam in Capitulis Generalibus nullatenus admittuntur.

De attestatio-
ne Visitatorum,
quod suo mu-
neri satisfac-
erint circa
præmissa.

§.27. Cæterum, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Congregationes, Hospitia, Altaria, Cappellas, Oratoria, & Ecclesias, ac alia loca & opera pia quomodolibet nuncupata, quæ cuicumque curæ, seu regimini, aut administrationi, vel directioni Laicorum cujuslibet gradus, status, conditionis, & præminentie etiam speciali, & individuali nota dignorum dumtaxat, vel quorumcumque Ecclesiasticorum, & Laicorum hujusmodi mixtim commendata, annexa, seu quomodocumque commissæ, vel attributa sunt, onus, seu cura celebrationis Missarum, sive manualium, sive ad tempus, vel in perpetuum pertinet; Hinc salvis semper iis, quæ in præfatis Decretis continentur omnes, & quicumque hujusmodi Archiconfraternitates, Societates, Congregationes, Hospitia, Altaria, Cappellarum, Oratoriorum, & Ecclesiarum, ac aliorum locorum, & operum piorum Rectores, seu Administratores, vel Directores, & alii hujusmodi Officiales, necnon ii, ad quos cura Tabellæ, & Librorum in præmissis spectat, Tabellarum Libros, & hæc Decreta respective juxta modos superius expressos, similiter retinere, necnon de oneribus, ac celebrationibus, & elemosynis dictarum Missarum singulis annis rationem exigere, & respective iis, ad quos pertinet, reddere sub poenis arbitrio, & in subsidium excommunicationis, teneantur.

De executio-
ne præmissio-
rum quoad
Superiores, &
Officiales ce-
retorum lo-
corum Piorum.

§.28. Postremo omnibus, & quibuscumque tam Ecclesiasticis personis cujuscumque Ordinis, Status, gradus, Regulæ, Congregationis, Societatis, conditionis, & dignitatis existant, quam Laicis quocumque honore, & potestate præditis, omnia, & singula præmissa Decreta interpretandi, necnon Ecclesiasticis prædictis poenas in hujusmodi Decretis relaxandi, sub quoquomodo circa præmissa dispensandi, omnis, & quæcumque facultas sit penitus interdita.

Clausula.

§.29. Non obstantibus quoad superscripta, omnia, & singula in hujusmodi Decretis contenta Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, & Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Instituti etiam neces-

neces-

necessario, & in individuo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque tam Secularium, quam Regularium locorum, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis, Statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque derogatoriis derogatoris, & insolitis clausulis, necnon irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permanentibus, Sacra Congregatio Sanctitatis Sæcæ auctoritate specialiter, & expresse derogat, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ die 23. Novembris 1697. = Joseph Card. Sacripantes Præfectus. = Ferdinandus Nuptius Sacra Congr. Secretarius.

Causa Cõ-
firmationis.

§.30. Quocirca, cum dilectus Filius noster Joseph Tituli Sanctæ Mariæ Transpontinæ Sanctæ Rom. Eccl. Presbyter Cardinalis Sacripantes, memoratæ Congregationis Præfectus, præfata Decreta Nobis retulerit; Nos considerantes eadem, & singula omnia Decreta, ea qua decet maturitate digesta, & examinata, ac in vim Apostolicæ auctoritatis eidem Congregationi specialiter, ut præfertur, attributa peracta, perutilia fore censentes, illaque propterea perpetuo, & inviolabiliter observari, necnon Constitutionis nostræ munimine roborare volentes, Motu proprio, non ad cujusquam nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præfata Decreta, omniaque, & singula in eis contenta, tenore præsentium auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjicimus, quinimo motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, omnia, & singula in superscriptis Decretis contenta, de novo statuimus, decernimus, & ordinamus, ac ab omnibus, & quibuscumque, etiam speciali, & individua nota dignis omnino exacte, & perpetuo servari volumus, sancimus, & mandamus.

Clausula.

§.31. Decernentes præfatas Literas, cum omnibus, & singulis inibi contentis semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari;

Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, præminentia, & potestate fungentes, & functuros, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.32. Non obstantibus omnibus, & singulis quæ præfata Congregatio, auctoritate per ejusdem recordationis Urbanum Papam VIII., & respective per nos illi specialiter attributa, decrevit non obtinere, quæ pariter, & iterum nos tenore præsentium non obtinere decernimus, & mandamus, quibus omnibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis, alias in suo robore permanentibus, etiam harum serie plenissime, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.33. Volumus autem, ut præfentes Literæ in Valvis Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est publicentur, & affigantur, sicque publicatæ, & affixæ, omnes, & singulos, quos illæ concernunt perinde ardeant, & afficiant, ac si unicusque eorum personaliter intimatæ fuissent.

§.34. Pariterque, ut earundem præsentium transumptis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§.35. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc nostrarum confirmationis, approbationis, Statuti, Decretorum, ordinationis, voluntatis, sanctionis, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo. Decimo Kalend. Januarii Pontificatus nostri Anno Septimo.

CLVI.

Conceditur Eremitis Excalce: Sancti Augustini Congregationis Gallicanæ Provincie Franciæ facultas canendi cum notis in Expositione, Sanctissimi Sacramenti, & Missis Defunctorum.

Dat. 17. Mar.
1698. An. 7.

Inn. XI Const. ed. 1679, Jun. 22, P. 3 agitur de facultate aggregandi ad Confraternitates Cincturatum. Et Clem. XI Const. ed. 1701, Jan. 29, P. 1 conceditur facultas cantus Gregoriani in horis Canonici.

qui accipiant eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt cap-
fulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

14. Decimoquarto, An in hoc Decreto com-
prehendantur illæ capfulæ, quæ apponi solent in
Ecclesiis in die commemorationis omnium San-
ctorum, & vulgo dicuntur (*Casse de Morti*)?

15. Decimoquinto, An Administratores Ec-
clesiæ, magnæ devotionis, & concurfus, possint
eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si
iisdem Missis, non nisi post longum tempus sa-
tisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesiæ, &
devotio, ac concurfus Fidelium, ut ajunt, mi-
nuantur?

16. Decimosexto, Quia prohibitio dicti Decre-
ti videtur aliquibus directis folis Capitulis, Col-
legiis, Societatibus, Congregationibus, necnon
omnibus, & singulis Ecclesiis, & Piorum
Locorum, tam Secularium, quam Regularium
Superioribus, de quibus fit expressa mentio,
non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen
comprehendi videntur sub clausula generali
(*& aliis ad quos pertinet*) supplicatur pro oppor-
tuna declaratione?

17. Super 7. De-
creto de nu-
mero Reli-
giosorum in
singulis Ec-
clesiis.

Decimosextimo, Super septimo ejusdem.
Sacre Congregationis Decreto, quo cavetur,
ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfiga-
tur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut
eleemosynis commode possint sustentari? Quar-
ritur, an ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim
similis Decreti san. mem. Pauli V. absque ta-
men computatione reddituum, cujusque Reli-
giosi, sit denuo facienda, necne?

18. Decimo octavo, An Novitii, ad habitum re-
gularem admissi, possint admitti ad professio-
nem in Monasteriis, in quibus habita, ut supra,
præfixione numeri commode ali non possunt?

19. Super 6. De-
creto de Ce-
nobiis eugen-
dis.

Decimonono, Super ultimo, quo cavetur,
ut nullibi recipiantur Conventus Regularium,
nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem
Fratres in eis degere, & competenter sustentari
valeant, itaut alioquin subsint jurisdictioni ordi-
nariæ. Quarritur an hoc Decretum, quod vide-
tur editum in ordine ad celebrationem Missarum,
comprehendat eas Religiones, quæ non
confueverunt onera Missarum recipere, ut sunt
Religiones Capuccinorum, ac Societatis Jesu?

20. Ultimo, An idem Decretum, ubi dispo-
nit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c.
habeat locum in Italia dumtaxat; ad quam est
restrictum Decretum proxime antecedens, an
vero etiam extra Italiam.

Declarationes, seu Responsiones ad prædicta Dubia.

Resoluciones
Congr. Cong-
regationis
Urbanæ VIII.
editæ.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii
Tridentini Interpretum, auctoritate sibi a San-
ctissimo Domino Nostro attributa, ad singula
Dubia superius propoſita, ad hunc modum re-
spondit, videlicet:

Resolutio 1.
Dubii. Super
1. Decreto.

Ad primum. Et si legatum sit adeo tenue,
nihilominus pro reductione oneris, ut supra,
impositi, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apo-
stolicam esse adeundam, quæ absque ulla impen-
sa id statuet, quod magis in Domino esse ju-
dicaverit: verumtamen, si in ipsa Beneficii erec-
tione expresse cautum fuerit, ut liceat Episcopo in-
functum onus reducere, & moderari legem hanc
fundationis, quam Decreta hac de re edita non
sustulerunt, esse validam, & observandam.

Ad Secundum. Esse intelligenda de præ-
scriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit,
non autem ab Ordinario: quod si tribuens ele-
mosynam numerum Missarum celebrandarum
non præscripserit, tunc tot Missas celebrari de-
bere, quot præscripserit Ordinarius secundum
morem, Civitatis, vel Provincie.

Ad Tertium. Teneri.

Ad Quartum. Sacerdotes, quibus diebus
tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu
Cappellæ, Legati, aut Salarii, si eleemosynas pro
aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non
posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad Quintum. Censuit, ubi nullam certam
eleemosynam Testator reliquit, esse ab Episcopo
præscribendam eleemosynam congruam, quæ re-
spondeat oneribus Missarum celebrandarum, se-
cundum morem Civitatis, vel Provincie.

Ad Sextum. Ita esse intelligenda.

Ad Septimum. Respondit, permittendum
non esse, ut Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum
Administratores, ex eleemosynis Missarum cele-
brandarum ullam, utcumque minimam portio-
nem retineant ratione expensarum, quas subeunt
in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, &
loca pia alios non habent redditus, quos in usum
earumdem expensarum erogare licite possint, &
tunc quam portionem retinebunt, nullatenus
debere excedere valorem expensarum, quæ pro
ipsomet tantum Missæ Sacrificio necessaria sunt
subeunda, at nihilominus eo etiam casu curan-
dum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expen-
sis, ut supra, deductis, absolute tot Missæ cele-
brentur, quot præscriptæ fuerint ab Oſtendentibus
eleemosynas.

Ad Octavum. Non habere locum, sed sa-
tis esse, ut Rector Beneficii, qui potest Missam
per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebra-
nti eleemosynam congruam, secundum morem
Civitatis, vel Provincie, nisi in fundatione ipsius
Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad Decimum. Debere absolute integram
eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec
ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad Undecimum. Respondit non prohibere
absolute; ac propterea, & si oneribus jam suscep-
tis non satisfecerint, posse tamen nova etiam
onera suscipere Missarum celebrandarum, dum-
modo infra modicum tempus possint omnibus
satisfacere.

Ad Duodecimum. Quamvis onera suscep-
ta infra modicum tempus adimpleri nequeant,
si tamen eleemosynam pro aliarum Missarum
celebratione id sciat, & consentiat, ut illæ tunc
demum celebrentur, cum susceptis oneribus sa-
tisfactum fuerit, Decretum non prohibere, quo
minus eo casu eleemosyna accipiat pro iisdem
Missis juxta Benefactoris consensum celebrandis.

Ad Decimum tertium. Has penas non
habere locum, nisi in suscepturis onera perpe-
tua Missarum celebrandarum sine licentia Epi-
scopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis,
vel Provincialis.

Ad Decimum quartum. Comprehendi.

Ad Decimum quintum. Non posse nisi de
consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut
supra in responsione ad Duodecimum.

Ad Decimum sextum. Comprehendi etiam
privatos Sacerdotes.

Ad

19. Super 7. De-
creto.

Ad Decimum septimum. Numeri præfixio-
nem esse iterum faciendam, servata forma ulti-
mi Decreti hac de re editi.

18. Ad Decimum octavum. Esse admittendos ad
professionem, si alias habiles existant, ac deinde
in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis ef-
fice collocandos, ubi commode ali possint.

19. Super 8. De-
creto.

Ad Decimum nonum. Censuit compre-
hendere.

Ad Ultimam. Habere locum extra Ita-
liam.

Cosmus Cardinalis de Torres.
Prosper Fagnanus Sacre Congregatio-
nis Secretarius.

Causæ novo-
rum Decreto-
rum Congre-
gationis Cœ-
lestis auctori-
tate.
Ann. XII. anno
1697, Nov.
23. edita.

§.15. Cum autem super præmissis diversi ir-
reperirentur abusus, illorumque occasione, quam-
plures querelæ, & recursus ad Apostolicam Sedem
pervenerint: cupiens eadem Congregatio
Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum
hujusmodi detestabiles abusus & Christiana Repu-
blica pro viribus evellere, ac opportune provi-
dere, ut sublatis fraudibus, ac emendata ne-
gligentia pia Dispositionum, seu Benefactorum
voluntati fides illibata servetur, Defunctorum
animabus integra, & prompta præstentur fuffra-
gia, itidemque Deo major gloria, & Ecclesiis
præstantior cultus reddatur, prævia auctoritate
per SSmum D. Nostm Innocentium Divina
Providentia Papam XII. ei specialiter attributa
infra scripta Decreta, prius in particulari non-
nullorum ex præfatis Cardinalibus per Sanctis-
simam suam deputatam, & postea in generali hu-
jusmodi Cardinalium Congregatione mature,
& accurate discussa, recognita, examinata,
edidit.

Confirmatio,
& innovatio
relatorum De-
cretorum, &
resolutionum.

§.16. In primis, præinserta Decreta cum
præmissis illorum declarationibus plenissime, &
amplissime approbat, confirmat, & innovat,
omniacque, & singula ibidem contenta, & ex-
pressa iterum omni meliori modo decernit, sta-
tuit, ac ab omnibus, & singulis etiam speciali,
& individuali nota, seu expressione dignis pe-
nitent observari, & omnimode executioni de-
mandari decernit, sancit, & præcipit.

De condona-
tione, redu-
ctione, & co-
mpositione on-
erum Missarum.

§.17. Insuper, ut in re tanti momenti con-
sultius, ac majori, ut par est, circumspectione
procedatur; si qui forsitan fuerint, vel sint, qui
suis pravis, & erroneis intentionibus, seu opi-
nionibus blandiri volentes Missarum celebra-
tionem omittunt sub malitiosa, vel irrationabili
spe earumdem condonationem, vel reducio-
nem a Sede Apostolica, vel compositionem a
Reverenda Fabrica Sancti Petri de Urbe obti-
nendi; Congregatio præfata tum eisdem, tum
quoscumque alios, qui post hac in adeo detesta-
biles abusus ausi fuerint offendere, certiores
fieri, & monitos esse voluit, præfatas condona-
tiones, & reductiones ab eadem Sede, non nisi
ex rationabili causa, seu æqua commiseratione:
compositiones vero a dicta Fabrica utente suis
facultatibus, & privilegiis, non nisi ex causa pa-
riter rationabili, & cum clausulis opportunis, &
præsertim cum illa = *Dummodo malitiose non omi-
serint animo habendi compositionem, alias gratia nul-
lo modo suffragetur* = admitti consuevisse, & sole-
re; quapropter, ut locus omnis in posterum
hiscæ pretextibus præcludatur, memorata Con-
gregatio tales intentiones, opiniones, seu spes,
ac eleemosynarum, sive in toto, sive in parte,
versiones in alium, quam præfatarum Missarum

usum, seu satisfactionem, & quascumque alias
directas, vel indirectas, immediatas, vel me-
diatas contraventiones, seu circumventiones
declarat prorsus irrationabiles, injustas, & illi-
citas, illasque omnino reprobatur, damnat, & in-
terdicit.

De receptio-
ne, & Tabella
onerum Mis-
sarum.

§.18. Cumque hujusmodi absurda ex eo
plerumque proveniant, quod onera Missarum
supra vires suscipiantur: caveant omnes, & sin-
guli Rectores, Superiores, & Ministri quarum-
cumque tum Secularium, tum Regularium Ec-
clesiarum, seu illarum Capitula, ne onera,
seu Missas tum perpetuas, tum temporales,
tum etiam manuales, quarum satisfactioni im-
pares fuerint, quoquomodo suscipiant, utque
id ipsum quoad fieri poterit, pateat, tenean-
tur iidem conficere, semperque in loco magis
patenti, & obvio retinere Tabellam onerum,
perpetuorum, & temporalium Literis perspicuis,
& intelligentibus descriptorum, quorum imple-
mento, si moraliter, & intra præscriptum, seu
breve tempus satisfacere non possent, seu illa
dumtaxat, & non ulteriora adimplere posse cre-
diderint, seu credere debuerint, alias Missas,
sive perpetuas, sive temporales, sive manuales
per se, vel per interpositas personas quoquomo-
do recipere, seu acceptare omnino desistant, seu
abstineant, & ulterius tali casu in eadem Tabel-
la similiter exprimant sese, propterea aliis Mis-
sis acceptandis, & celebrandis impares esse.

De duobus
Libris onerum
Missarum.

§.19. Iidemque teneantur pariter in Sacratio
duos Libros retinere, ac in eorum altero singula
onera perpetua, & temporalia, in altero au-
tem Missas manuales, & tam illorum, quam
illarum adimplementum, & eleemosynas distin-
cte, & diligenter annotare, & annotandas, seu
annotanda curare, singulisque annis de supradi-
ctis adimplementis, eleemosynis, & oneribus pa-
riter exactam rationem suis Superioribus reddere,
ac omnes, & singulas rationes hujusmodi in præ-
fatis respective Libris simili distinctione, & dili-
gentia, tam præfati a quibus rationes debent red-
di, quam Superiores, quibus reddenda erunt,
describere, seu annotare, sive describendas, vel
annotandas respective curare.

De Capſa e-
leemosynarum
Missarum pro
Regularibus.

§.20. Quibus semper salvis, debeant ulterius
Regulares prædicti, omnes, & quascumque
eleemosynas tum manualium, tum perpetua-
rum, & temporalium Missarum reponere in capſa
particulari sub duabus clavibus, quarum una
penes Superiorem localem; altera vero penes
alium a Capitulo Conventuali deputandum reti-
neatur, ac de iisdem eleemosynis, & celebra-
tione Missarum coram Patribus Discretis, seu
Consiliariis, vel alio simili modo nuncupatis sin-
gulis mensibus districtam rationem exigere, &
respective reddere.

Penæ in co-
travenientes
circa præmis-
sas.

§.21. Quod si prædicti, ad quos jura Tabellæ
Capſæ, & Librorum præfatarum respective per-
tinet, seu pertinere debet, suam operam præ-
missis, ut præfertur, minime navaverint, &
Superiores, tum Secularium, tum Regularium
Ecclesiarum rationem prædictam non exege-
rint, seu non invigilaverint, quod præfati, qui
in curam Tabellarum, & Librorum incumbunt
suo muneri, ut præfertur, satisfaciunt, in sin-
gulis respective casibus Saculares penam suspen-
sionis incurrant: Regulares vero voce activa,
& passiva, ac gradibus, & Officiis, quæ ob-
tinent ipso facto, & absque alia declaratione pri-
vat

Ad futuram rei memoriam.

Causa Con-
cessionis.

EXponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Vi-
carius Generalis, Assistentes Generales, &
Substituti Diffinitorii Congregationis Gallicanæ
Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Augustini
Excalceatorum nuncupatorum, quod cum jam
pridem multi Christiani fideles, ac præsertim Cha-
rissimus in Christo filius noster Jacobus Magnæ
Britanniæ Rex Illustris, necnon Charissima iti-
dem in Christo filia nostra Maria ejus Magnæ
Britanniæ Regina Illustris, imo, & quamplures
ab hæresi ad fidem Catholicam conversi ab ipsis
exposuissent, ut in Expositionibus, & Benedi-
ctionibus Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti,
quæ frequenter in Provincia Franciæ ejusdem
Congregationis, ac præcipue in Conventi-
bus Civitatis Parisiensis, & Suburbii Sancti
Germani in Laya nuncupat. dictæ Civitatis,
magno populi concursu fiunt, Hymni, versus
aliæque, quæ ea occasione cani solent, modo
plano decantari valeant; In Statutis vero Con-
gregationis prædictæ totum Officium sine notis
cantari præcipiatur; ipsi Exponentes Hymnos,
ac preces hujusmodi, quæ in Expositionibus,
ac Benedictionibus prædictis canuntur, quæque
ad Divinum Officium nullatenus pertinere vi-
dentur, dicto modo plano, & cum notis, prout
similiter Missas Defunctorum præfatis scilicet
Christifidelibus idipsum exposcentibus, solem-
niter decantare posse, ac proinde opportunam
ad præmissa facultatem pro Conventibus Pro-
vinciæ supradictæ dumtaxat sibi a nobis concedi
plurimum desiderant.

Preces Supe-
riorum, &
Officialium
Congregatio-
nis.

S. Nos igitur ipsos Exponentes speciali-
bus favoribus, & gratiis prosequi volentes, &
eorum singulares personas a quibusvis excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis
a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodate
existunt, ad effectum præsentium dumtaxat con-
sequendum harum serie absolventes, & absolu-
tas fore censentes, supplicationibus eorum nomi-
ne Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati,
de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E.
Cardinalium, negotiis, & consultationibus Epi-
scoporum, & Regularium, qui relationem
Venerabilis Fratris Marci Archiepiscopi Da-
masцени apud Charissimum pariter in Christo
Filium nostrum Ludovicum Francorum Regem
Christianissimum nostri, & Apostolicæ Sedis
Nuncii super præmissis transmissam, necnon
dilectum Filium Valerianum a Sancta Cecilia
Procuratorem Generalem dictæ Congregationis
audierunt, consilio, eisdem Exponentibus
petitum Indultum pro Cantu plano, cum notis
in Hymnis, & precibus prædictarum celebra-
tionum tantum auctoritate Apostolica tenore
præsentium benigne concedimus.

Concessio
prædicta.

Clausula.

S. Decernentes easdem præsentibus Literas,
semper firmas, validas, & efficaces existere,
& fore, suosque plenarios, & integros effectus
sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &
pro tempore spectabit, in omnibus, & per om-
nia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,
etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,

judicari, & definiri debere; ac irritum, & ina-
ne, si secus super his a quoquam quavis au-
thoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

S. Non obstantibus præmissis, ac Consti-
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
non Congregationis, Provinciæ, & Conventuum
prædictorum, etiam juramento, confirma-
tione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-
ratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis
quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in-
contrarium præmissorum quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omni-
bus, & singulis, illorum tenores præsentibus,
pro plene, & sufficienter expressis, ac ad ver-
bum insertis habentes, illis alias in suo robore
permanens, ad præmissorum effectum hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Pisc. die XVII. Mart. MDCXCVIII.
Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CLVII.

Confirmatur Decretum Congregationis Sancti
Officii de Vicariis Foraneis, aut aliis ab Ordi-
nariis Americæ in locis a Curia Episcopali ul-
tra duas dietas distantibus pro statu libero
contrahentium eligendis.

Dat. 3. Maji
1698. An. 7.

*De auctoritate Vicariorum Apostolicorum in Orien-
te vide Const. ed. 1697, Feb. 6, P. 8.*

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

PRO parte charissimi in Christo filii nostri
Caroli Hispaniarum Regis Catholici expo-
ni Nobis nuper fecit dilectus filius nobilis vir
modernus Comes de Altamira ejusdem Caroli
Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator,
quod cum ipse dicti Caroli Regis nomine Con-
gregationi Vener. Fratrum nostrorum S. R. E.
Cardinalium in universa Republica Christiana
contra hæreticam pravitatem Generalium Inqui-
sitorum a Sede prædicta specialiter deputatorum
exposuisset, ipsi Carolo Regi innotuisse scandala
in partibus Americæ eidem Carolo Regi subje-
ctis vigentia, eo quia Ordinariis earundem
partium indistincte omnes suos subditos matri-
monium contrahere volentes ad probandum
suum statum liberum in cujuslibet eorum Curia
Episcopali compellentibus, ii, qui a Curia hu-
jusmodi longe aberant, post conclusum matri-
monii tractatum, sive quia testes, qui ad Cu-
riam prædictam accedere vellent, non invenie-
bant, sive quia pecuniis pro illuc deducendis
testibus hujusmodi necessariis carebant, matri-
monio minime celebrato cum scandalo, & pec-
cato in mutua consuetudine, & commercio
perseverabant, ac proinde dictus Comes me-
morati Caroli Regis nomine Congregationi præ-
fatæ supplicasset, quatenus ad ejusmodi incon-
venientia tollenda Ordinariis prædictis præcipe-
ret, ut quoad loca a Curia Episcopali ultra
duas dietas distantia Parochialium Ecclesiarum
Rectoribus, sive aliis personis sibi benevisis fa-
cultatem recipiendi probationes super statu libe-
ro ma-

Causa Decre-
ti d. Congre-
gationis.

*Priori Carthusien: factum fuit præceptum non egre-
diendi Const. 1692, Nov. 4, P. 2. Et Clem. XI.
Const. ed. 1712, Maji 2, P. 12, interdictum fuit
ejus carni.*

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD pastoralis dignitatis fastigium, nullo licet
meritorum nostrorum suffragio, per inef-
fabilis divinæ bonitatis divitiis evecti, ea, quæ
a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris,
stabilendæ inter Religiosos viros a sæculi turbis
segregatos, & Altissimi obsequiis sub laudabili
strictioris observantiæ instituto addictos tranquil-
latis studio provide, atque sapienter constitu-
ta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper,
atque illibata serventur, Apostolici prædii nostri
patrocinio, cum id a nobis petitur, libenter
corroboramus, illisque ne temerario cujusquam
ausu violentur, novas sanctiones adjungimus,
sicut conspiciamus in Domino rationi esse con-
sentaneum.

Exordium.

S. Alias siquidem pro parte tunc existen-
tium Prioris majoris Domus Carthusiæ Gratia-
nopolitanae, & Diffinitorum Capituli
Generalis Ordinis Carthusien. fel. rec. Julio Pa-
pa II. prædecessori nostro exposito, quod licet
omnes Domus dicti Ordinis citra, & ultra mon-
tes, ac ubilibet existentes, illarumque Religiosi
sub una obedientia, videlicet Prioris, & Diffi-
nitorum prædictorum existerent, & quos una
Religio, ac Professionis vinculum alligaverat,
nulla æmulatio, nulla præsidendi ambitio, aut
quævis alia causa ab invicem separare debuisset,
sed charitatis vinculum in unitate pacis, eos con-
servare, nihilominus humani generis inimico
procurante, & instigante, contingere poterat
quod aliqui Religiosi Ordinis prædicti aliis obe-
dientiis subijci tentassent, & ab eorum vero
Superiore, & Capite discedere, unde non solum
illorum, sed etiam aliorum Religiosorum ejus-
dem Ordinis animarum periculum evenisset,
ipsaque Religio in dies scissuram passâ fuisset, ac
successu temporis, quæ inter cæteras asperiores,
seu strictioris observantiæ existerat, paulatim
ad laxiorem vivendi modum declinasset. Idem
Julius prædecessor supplicationibus eorumdem
Prioris, & Diffinitorum nomine sibi super hoc
humiliter porrectis inclinatus, quod omnes, &
singule personæ dicti Ordinis tunc, & pro tem-
pore existentes cujuscumque status, & condi-
tionis, vel præminentie essent, vel fuissent,
quæ per se, vel per alium seu alios directe, vel
indirecte, publice, vel occulte procurassent
aliquam divisionem in Ordine prædicto, seu
exemptionem aliquam Domorum ipsius Ordinis,
ac illius Religiosorum a communi obedientia
Prioris, & Capituli generalis prædictorum eo
ipso omnibus obedientiis, & officiis in eodem
Ordine perpetuo private, & ad similia obe-
dientias, & officia perpetuo inabiles existerent,
ac omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus,
immunitatibus, gratiis, & Indultis dicto Ordini
& illius personis in genere, vel in specie quomo-
dolibet concessis, & concedendis sine spe rehabi-
litationis ad illa, perpetuo careret, literaque
Apostolicæ desuper impetranda gratiam, seu
justitiam concernentes, nullius essent penitus
robo-

Epilogus d.
Constitutio-
nis, qua inter-
dictum omnis
divisio in Or-
dine sub po-
na privationis
& inhabilita-
tionis.

Decreti præ-
dicti.

Preces Regi
Catholici.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clausula.

ro matrimonia contrahere volentium concede-
rent, itaut probationibus hujusmodi factis ad
matrimonii celebrationem deveniri valeret,
Emanavit ab eadem Congregatione Cardina-
lium Decretum tenoris, qui sequitur, vide-
licet = Feria quarta die nona Aprilis 1698. In
Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, &
Universalis Inquisitionis habita in Conventu
Sanctæ Mariæ super Minervam coram Emis, &
Rmis Dñis S. R. E. Cardinalibus in tota Repu-
blica Christiana contra hæreticam pravitatem
Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede Apo-
stolica specialiter deputatis = Lecto retroscripto
Memoriali, Eminentissimi, & Rmi DD. Car-
dinales Generales Inquisitores prædicti annue-
runt prædictæ instantiæ, & mandarunt, quod
per DD. Episcopos deputentur ad hunc effectum,
vel Vicarii Foranei, vel alii eis benevisi = Joseph
Bartholus Sanctæ Romanæ, & universalis Inqui-
sitionis Notarius = Cum autem, sicut eadem
expositio subijungebat, firmiora sint, & serven-
tur exactius illa, quæ Apostolici muniminis præ-
sidio roborantur, Nobis propterea prædicti Caro-
li Regis nomine supplicatum fuit, ut in præ-
missis opportune providere, & ut infra indulgere
de benignitate Apostolica dignaremur.

S. Nos igitur ipsi ejusdem Caroli Regis vo-
tis hac in re quantum cum Domino possumus,
favorabiliter annuere volentes, hujusmodi sup-
plicationibus inclinati, Decretum præfatum
auctoritate Apostolica tenore præsentium appro-
bamus, & confirmamus, illique inviolabilis
Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva ta-
men semper in præmissis auctoritate memorata
Congregationis Cardinalium.

S. Decernentes easdem præsentibus Literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suosque plenarios, & integros effectus sortiri, &
obtineri, ac illis ad quos spectat, & spectabit in
futuro plenissime suffragari, & ab eis respective
inviolabiliter observari: sicque in præmissis per
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,
etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,
judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane,
si secus super his a quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. Non obstantibus præmissis, ac Consti-
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & in-
Universalibus, Provincialibusque, & Synoda-
libus Concilii editis generalibus, vel specialibus
Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque
contrariis quibuscumque.

S. Volumus autem, ut earundem præsen-
tium Literarum transcriptis, seu exemplis, etiam
impressis, manu alicujus Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate
constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique
locorum tam in Judicio, quam extra illud habeat-
ur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent
exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem.
sub Annulo Pisc. die III. Martii MDCXCVIII.
Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CLVIII.

Confirmatur Constitutio Julii II. pro unitate
servanda in Ordine Carthusien. cum adfectio-
ne poenæ excommunicationis in contrave-
nientes.

Dat. 23. Julii
1698. An. 8.